

a Thermopylis: Thermopylæ sūt locus angustus & fauces ad æthā montē thessaliæ: a quibus angustis & faucibus pylæ. i. portæ nomē assūpsit. Iusta quas sūt aquæ calidæ: unde Thermopylæ dicunt. i. thermag. portæ aquæ illæ dicatæ erāt herculi. Sunt thermopylæ ad erūpētē peneū. Nam thessalia media ē inter montes: quæ quondā dicitur fuisse lacus autore herodoto li. vii. ab aurora sūt pellios & ossa: ad æquonem olympus: ad hesperium pīdus: ad meridiem othrys. fluiuos hēt peneū: apidanū ænochonon: simpeū: & pamisū q̄ per illas angustias ī mare ægeū emittunt: & peneus noīant: quoniā ī hunc influunt. In eo igitur loco: ubi peneus erūpit ī mare diducto monte angusto meatu sunt Thermopylæ & sūt ibi inq̄

thermopylis: leuctris Stratocele. Hinc Decii. hinc Cneus et Publius Scipiones. hinc Marcus Marcellus:

herodotus calida lauacra: quæ ollas uocāt indigenæ. ad hos ingressus ædificatus est aphocēsi- bus murus metu thessalorū: super quē olīpylæ. i. portæ erāt. Vbi leonidas dux lacedæmonio- Anaxádridæ filius cum. ccc. lacedæmoniis castra quīgētorū milium persarū noctu īuasit pu- gnatū est ardēter a principio noctis usque ad magnā partē diei ad postremum non uicti sed uincendo fatigati inter ingentes occisorum cateruas nam. xx. milia barbarorum illic cecide- runt fortissime mortem appetiere. quibus postea erecta fuerunt sepulchra cum titulis. In. ii. Tusculana. dicit: Sed quid duces & principes nominem: cum legiones scribat Cato sæpe ala- chres in eum locum profectas: unde redituras se non arbitrarentur pari animo lacedæmonii in Thermopylis occiderūt. de quibus hæc simonides scripsit. Dic hospes sparte nos te hic ui- disse iacentes: Dum sanctis patriæ legibus obsequimur. Quid ille dux Leonidas dixit: pergi- te animo forte lacedæmonii: hodie apud inferos forte cænabimus. Seneca dicit Leonidas cō- militones sic allocutus est Prandete tāquam apud inferos cænaturi. Cum lacedæmonii illas custodirent angustias: quidam hostis in colloquio dixit solem pre multitudine iaculoꝝ & sa- gittarum non uidebitis: respōdit Dieneces lacedæmonius: ergo sub umbra pugnabūus. b Le- uctris: leuctra oppidū boetiæ: ubi Paminundas thebanus lacedæmonios uicit: adeoque attri- uit: ut postea imperium recuperare non potuerint. De quo sic scribit Trogus li. v. Fuit aut in- certum uir melior an dux esset. Nam & imperium non sibi sed patriæ sēper quæsiuit: & pe- cuniæ adeo contēptor fuit: ut sūptus funeri defuerit: gloriæ quoque non cupidior q̄ pecūiæ: quippe recusati oīa imperia. ingesta sunt: honoresque ita gessit: ut non accipere ornāmētum sed dare ipsi dignitati uideret. iam litterarū studia: iam philosophiæ doctrina tanta fuit: ut admirabile uideret: unde tā insignis militiæ sciētia homini iēsset inter līras nato. Neque ab hoc uitæ pposito ratio mortis dissensit. Nā ut relatus in castra semianimis uocem spiritūque collegit: id unū circūstantibus requisiiuit: Num cadenti sibi scutū. ademisset hostis: quod ut seruatū audiuit: allatūque uelut laborū gloriæque sociū deosculatus est. Iterū quæsiuit: utri uicissent ut audiuit thebanos uicisse: bene hēre rē dixit: atque ita ueluti gratulabūus patriæ expirauit. In. ii. Tusculana. scribit Cicero: Num ingemuisse Epaminūdā putas: cū una cum sanguine uitam effluere sentiret. Imperātem enī patriā lacedæmonii relinquebat: quā acce- perat seruientē: sed hoc fuit in alia pugna apud Mātineam nō ī hac pugna leuctrica. c Stra- tocele: de hoc nihil legit: quod qdē scia aut legerim audiuerique: cū studiū quærendi non d̄ fuerit. Vnde adhuc quærendū ē: an aliquis stratocles aliquid fortitudinis laude dignū fece- rit. d Hinc Decii: hætenus de græcis: nūc de nostris exempla ponit. Decii se p̄ p̄ria magno animo deuouerūt li. i. de diuinatione loquēs de Decio parere ait: Post triēnium autem cum consul esset: deuouit se & in aciē latinorū irrupit armatus: quo eius facto. superati sunt & de- leti latini: cuius mors ita gloriosa fuit: ut eandem concupisceret filius. Nam in bello hetru- sco ipse etiam se deuouit in quarto consulatu collega Fabii Maximi. Nota ē historia apud li- uium. e Gneus & Publius Scipiones: fratres fuerunt & in secundo bello punico Hānibali italiam lacerante in hispania occiderunt. Publius ī aciē hasta trāsfixus: qui fuit pater Aphri- cani maioris. Gneus in quadā turri obsessus. xxviii. die post mortem fratris īterfectus: ex quo rū morte & Romæ & in Hispania luctus fuit. Duo fulmina belli appellant ab Ennio. In pa- radoxis ait: Quæ uis patrē Decium: quæ filiū deuorauit ac imisit īarmatas hostium copias. quid duo ppugnacula belli punici Gneus & P. Scipiones: q̄ carthaginensium aduentū cor- poribus suis ītercludēdum cēsuerūt. f Hinc ex hac fortitudinis laude excelluerunt & cele- brati sūt illi qui ceciderūt ad Marathonem: Salamina plateas: Thermopylas: & in pugna leu- ctica: excelluerunt et magnitudine aī: celebratique sunt Decii: quoniā magno animo & ela- to se se morti obiecerunt: & duo fulmīa belli Scipiones. M. Marcellus qui ociso uirido ma- ro duce in subz apud clastidium tertia opima spolia ioui fere tuo rettulit: ut Romulus insti- tuerat cæso Acrone duce cecinensium. Secunda rettulit Cornelius Cossus Cresso Larte colū- nio. Collegam habebat Marcellus Scipionem: & cū imprudēs in manus galloꝝ icidisset: oīa